

243.

Der Herzog von Sachsen bittet den Landgrafen von Thüringen, ihm gegen einen ungenannten Markgrafen (Albrecht den Bären) zu Hülfe zu ziehen. [1152.]

Hdschr.: Kop. Perg. Form. epist. (Saec. XII.) fol. 30^b. Bibliothek Pommersfelden. Phot. H. St. A.

5 Gedr.: Oesterr. Archiv. 1850. Bd. 2. Heft 1. S. 42.

Anm.: Dieser und die zwei folgenden Briefe gehören in das Jahr 1152. Vergl. v. Heinemann, Albrecht der Bär 382 Anm. 15 und 16. — Weiland, Sächs. Herzogthum unter Lothar und Heinrich den Löwen 79 Anm. 1.

N. Saxonicus dux N. Turingorum lantgrafio dilecto cognato debitam dilectionem. Vos bene valere et a vota prosperis successibus pollere gaudeo, utque hoc fortune non
10 varietur cecitate, sed perpetuum ratumque permaneat, exopto. De cetero iniquam me causam contra marchionem N. habere, vos scire non nescio et, quia sibi mea incendiis ac depopulationibus incursantem talionem reddere cupio, quatinus mihi manu vindictam facturo cum copiis, quas undecunque colligere potestis, die statuto, qui est vifi kal. septembris, occuratis, rogo.

15

244.

Der Landgraf von Thüringen verspricht dem Herzoge von Sachsen, ihm gegen den Markgrafen (Albrecht) Hülfe zu leisten. [1152.]

Hdschr.: Kop. Perg. Form. epist. (Saec. XII.) fol. 30^b. Bibliothek Pommersfelden. Phot. H. St. A.

Gedr.: Oesterr. Archiv. 1850. Bd. 2. Heft 1. S. 43.

20 Anm.: Wegen der Datirung vergl. No. 243.

Saxonum duci N. provincialis comes intimum cordis affectum et insolubile karitatis vinculum. Litteris vestris, in quibus mihi amorem vestrum fidemque luce clarius patefecistis, non modicum me exhilarastis, gratumque mihi fuerit, ut hanc de me estimationem habeatis, quod fidem quoque meam amoremque erga vos, dum erit necesse, equa lance
25 pensandum invenietis. Itaque contra marchionem N. mihi non minus infestum meaque actenus abusum patientia vobis pugnatura dię statuta cum valida manu occurram omnique bellico sumptu, pecunia, armis, equis, copiis, quoad vixero, vobis adminiculari non desinam.

245.

Der Landgraf von Thüringen verlangt Zuzug aus Ostfranken für den Herzog von Sachsen gegen den Markgrafen Albrecht. [1152.]

Hdschr.: Kop. Perg. Form. epist. (Saec. XII.) fol. 34^b. Bibliothek Pommersfelden. Phot. H. St. A.

Gedr.: Oesterr. Archiv. 1850. Bd. 2. Heft 1. S. 47.

Anm.: Wegen der Datirung vergl. No. 243.

35 Provincialis comes N. et N. intimum cordis affectum. Cum uterque vestrum honori semper et amori, utpote quos de linea sanguinis propinquos mihi scio, fueritis, miror, quod per tot temporum curricula neque nuntium, qui rerum vestrarum statum mihi referret,